

# Lösungen

## Capitulum IV, Exercitium 5 (suus, -a, -um und eius)

Exempla:

Iulius pecuniam **suam** numerat.  
Medus pecuniam **eius** [= Iulii] habet.

---

- 1) Ubi est pecunia Iulii? Pecunia eius in sacculo est.
- 2) Iulius pecuniam suam in mensā ponit.
- 3) Aemilia pecuniam eius [= Iulii] videt.
- 4) Adestne servus Iulii? Servus eius adest.
- 5) Iulius servum suum videt.
- 6) Davus venit et dominum suum salutat.
- 7) Davus sacculum suum in mensā ponit.
- 8) In sacculo eius pecunia non est: sacculus eius vacuus est.
- 9) Davus nullam pecuniam in sacculo suo habet.
- 10) Iulius unum nummum in sacculo eius [= Davi] ponit.
- 11) Iulius: «Sume sacculum tuum!» Davus sacculum suum sumit.
- 12) Medus non suam pecuniam, sed Iulii in sacculo suo habet.